



acor, oris. *subs. m.* **FORMA** acror ISID Expos in Exod 17.3. fermentum ... a naturali dulcedine recedens adulterino acore corruptum est. **ETYM** acere. [FREQ humilis 25 ^{indicia} 1,9 /d.c.m. 60 COLUM] uocabulum scriptis technicis ad medicinam, historiam naturalem et agri cultural pertinentibus aptum; minore numero scriptis litterariis narrando argumentando aptis, usibus praecipue doctis; a uersu et usu quotidiano abest, immo a textis dramaticis lyricis satiricis.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	3	0,61
	exponendo	18	6,4
	narrando	4	0,84
DIACHRONICA	I-II ec.	14	3,6
	III-V ec.	11	1,6
DIAPHASICA	docta	4	1,9
	media	21	1,9
DIASTRATICA	litteraria	6	0,56
	technica	19	7,1
MODUS	prosa	25	2,1

¶ *aciditas quae per decompositionem quorundam alimentorum uel ingredientium pharmaceuticorum moderatam fit; ita, ad effectus in gustum et odoratum applicatur* • *expresa, en el plano referencial, la acidez, producto de la descomposición moderada de ciertos alimentos o de ingredientes farmacéuticos; así, se aplica a los efectos en el gusto y olfato* [REL ^{acerbitas}] 79 PLIN Nat 12.35. *bdellium arborem gustu amarum citra acorem.* 330 ARNOB 1.21.

item de lacte et caseo • *de la leche y el queso* 60 COLUM 7.8.1. *Sed lacte fieri debet sincero et quam recentissimo -nam requietum uel aqua mixtum celeriter acorem concipit.* 79 PLIN Nat 11.239. *mirum barbaras gentes, quae lacte uiuant, ignorare aut spernere tot saeculis casei dotem, densantes id alioqui in acorem iucundum et pingue butyrum.* 420 CAEL AUR Acut 3.3.15. *quae forte lactis tactu fuerant derelicta, ne remanentia feruore locorum in acorem ueniant.*

de certis fructibus • *de ciertas frutas* 60 COLUM Arb 23.2. *acorem malorum.* 197 TERT Paenit 6.2. *poma, cum iam in acorem uel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiae suae adulantur.* 200-300 GARG MART Med 42. *uis ergo malis humida et frigida est, quod maxime ex eo comprehenditur quod succus qui fuerit expressus facile transit in acorem.*

uel de uino uel oleo • *o del vino o el aceite* 60 COLUM 12.18.3. *Cella quoque uinaria omni stercore liberanda et bonis odoribus sufficienda, ne quem redoleat foetorem acoremue.* 330 ARNOB 1.21. *sub ipsius potu labris in acoris perfidiam uinum repente mutari.* 384-440 MACR Sat 7.12.11. *si uas uini atque olei diutule semiple-na custodias, uinum ferme in acorem corrumpitur.* 18.6.4pr. *periculum acoris et mucoris uenditor praestare debet.*

in culina, statum quorundam ingredientium ad fermentationem pertinentium designat • *en la cocina, designa el estado de ciertos ingredientes relacionados con la fermentación* 79 PLIN Nat 18.104. *palam ... est naturam farinae acore fermentari.* 207 TERT Adu Marc 1.2. *modico ... fermento totam fidei massam haeretico acore desipuit.* 380-400 GAUDENT Serm 7. *haeticorum ... fermento diaboli totam fidei massam perfidiae acore corrumpunt.*

acoris effectus in re coquinaria celebrantur • *los efectos de la acidez en la gastronomía son elogiados* 96-113 PLIN Epist 7.3.5. *hortor ut iucundissimum genus uitae non nullis interdum quasi acoribus condias.* 95 QUINT Inst 9.3.27. *Haec schemata ... habent quandam ex illa uitii similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse iucundus est.*

MED *ad dapes stomacho graues pertinet* • *se aplica a los alimentos perjudiciales para el estómago* 395-415 MARCELL 20.90. *Ad digestionem parandam quisque sollicitus erit acorum ieiunus commanducet et iactet.* 420 CAEL AUR Chron 3.2.35. *si cibus in acorem transierit, iisdem erit perseuerandum atque eodem potu.*

item ad corporis acrimoniam certis medicamentis affectatam • *así como al malestar provocado por ciertos medicamentos* 420 CAEL AUR Acut 3.16. *Mutanda praeterea frequentius erunt haec cataplasmata, ne perseueratione sui corrupta corporis exhalatione in acorem ueniant.*

semantizatio perfecta non fuit, quibusdam similitudinibus nihil producentibus • *no llegó a producirse su semantización, aunque quedan ciertas comparaciones que no tuvieron continuidad* 96-113 PLIN Epist 7.3.5. 95 QUINT Inst 9.3.27. 207 TERT Adu Marc 1.2. 380-400 GAUDENT Serm 7.

locutionem constituit qua in acorem cum uerbo itineris aut aduentus, ut uenire, coniungebatur • *formó una colocación en la que se reunía in acorem con un verbo que indicara recorrido o llegada, como uenire* (79 PLIN Nat 11.239., 420 CAEL AUR Acut 3.3.15.), *transire* (200-300 GARG MART Med 42.) o *corrumpere* (384-440 MACR Sat 7.12.11.).